

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre IX

[Mythologia, Francfort, 1581 - IX : Quàm sapienter religionem, & sacerdotum honores, & inferorum locum introduxerint antiqui](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre IX

[Mythologie, Paris, 1627 - IX, 01 : Combien sagelement les Anciens ont introduit leur Religion, les honneurs de leurs Prestres, & le lieu des Enfers](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre IX

[Mythologie, Lyon, 1612 - IX, 00 : Combien sagelement les anciens ont introduit leur religion, les honneurs de leurs Prestres, & le lieu des enfers](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - IX, 00 : Quam sapienter religionem, & sacerdotum honores, & inferorum locum introduxerint antiqui, 1567

Consulté le 08/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/937>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4
Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 265r°-266r°

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 28/11/2024

NATALIS COMITIS MYTHOLOGIAE,

LIBER NONUS.

*Quam sapienter religionem, & sacerdotum honores,
& inferorum locum introduxerint antiqui.*

10



ED antequam ad reliqua procedamus, cum omnem vi-
tam mortalium multis vndeque difficultibus circum-
uentam esse dixerimus, multaque ab antiquis ad eam sa-
pienter gubernandam excogitata, me operæ preclum fa-
cturum esse arbitror si demonstranero omnem antiquo-
rum religionem ad metum Deorum in animis hominum
imprimendum fuisse inueniam. Nam cum turba sc-
minatum, imperitorumque multitudo rationes philo-
sophicas minime possent imbibere, neque per eas ad religionem, & idem,
& sanctitatem facile invitari; Deorum metu & t more opus fuit, quæ certe
sine fabolarum, rerumque admirabilium figuris in animis hominum im-
primi non poterant. Hæc igitur causa fuit cur fulmen Ioui & Aegidem at-
tribuerint antiqui pro armis, & tridentem Neptuno, & sagittas Cupidini,
& faces Erynnibus vtricibus scelerum, & Palladi dracones, & Dii exteris
arma diuersa concellerint. Sed quoniam quæ excogitata fuerunt, rudia pia-
nè primum, & inutilia fortasse ad hoc efficiendum videbantur, neque obli-
nitos illos homines esse oportebat, qui primam rudem religionem accep-
rant, postea recentiorum Deorum multitudo introducta fuit; & cum his re-
centiores leges, & non idem ritus factorum; quippe cum antiquas leges à
Dii recentibus conculcas fuisse dicat Aeschylus in Eumenidibus. Fue-
runt autem recentiores Dii crediti Iupiter in primis, qui omnia priscaorum
Deorum iura, & omnes leges antiquas: tum Hercules, & Dionysius, &
omnis illa infinita prope Deorum turba, qui ab ipso Iove postea manarunt.
Post hos Deos etiam hominibus diuini honores sunt habiti post mortem,
atque illorum nonnullis urbes etiam dicatz; sicuti in Chersoneso Eleus
Procesilao, Lebadea Boeotie Trophonio, templum Amphiarao in Oropia.
Atque ut hominum inuenta sibi grata esse Dii certissimis argumentis illi co-
firmarent, multa miracula è rebus libi sacratis contingere voluerunt, quod
statua Liberi patris visa ab hominibus prolanis illos in insiniam verteret,
quod si quis neglecta religione in lucum Eumenidum apud Athenienses in-
gressus esset, furore agebatur, in aream Iouis Ly. xi impuris ingressis om-
nino intra annum mori necesse fuit. cui rei & illud accessit miraculum,
quod si vel homines vel bellus illuc intrarent, nullam reddebant corporis
umbram; quod quavis & diei & anni parte siebat. His de causis magna ac-
cessit autoritas auspiciis, auguriis, vaticiniis, & omnibus divinationibus, que

20

30

40

Mythologiae

ad religionem spectabant; quale fuit illud quod sebat apud Achiuos ante Cereris templum: nam speculum fuit pertenui funiculo suspensum, & ad aquam fontis ibi existentis demissum; in quo xgrī peractis prius sacrificiis de more eius loci, vel certam sanitatem, vel certissimam mortem ex offertibus sese in speculo imaginibus intuebantur. id vero non nisi ad comprobandam illam religionem ab impuris dñmonibus efficiebatur. atque infinita prop̄ miracula variis in locis contigile antiquæ & nuper nascentis religionis tempore memorantur. Iea vero effectum est, ut magna reverentia & sacrificiis, ac religioni deorum, & sacerdotibus ipsi accelerat; cum facer dores è nobilissimis ranteū familiis eligerentur, & omnibus publicis consiliis interessent apud Gr̄cos: nam tanquam Diis presentibus, quibus nihil ignotum existimare debemus, ita pr̄sentibus sacerdotibus, Mantibus scilicet apud Athenienses, at Auguribus regi apud Lacedaemonios alienditibus, omnia publica proponebantur consilia. Neque ante vel publica vel priuata negotia magni ponderis vlla post cōsultationem aggrediebantur, quam oraculum Delphicum, aut Ammonium, aut Dodonum, aut aliquo pacto Deorum ipsorum voluntatem consaluerint. Sic sequentibus postea temporibus fuit in more positum, deinde legibus etiam confirmatum, ut sensus legitime non nisi in templis Deorum, aut in locis sacris posset haberi; tanquam omnium quæ agerentur, ac dicerentur, & conscientiz & quitasque lux testes deos ipsos facerent. Pollea vero sapientissimi legum ciuilium latores singuli varios Deos suarum legum autores introduxerunt, cum lex omnis leuis sit & inaoris habita, quæ Deorum immortalium consensum non haberet. Inde cœpit prisca antiquorum theologia studia mentesque hominum ad se lassicere, quam totam tamen in corporum naturalium consideratione Zeno & Cleanthes & Chrylippus philosophi constiteret & considererunt. At non penitus à rebus diuinis, quamvis certa & legitima via eò non accedebatur, erat remota contemplatio antiquorum, neque inutilis plane erat illa inuestigatio. Non enim animorum solum ingeniorumque nostrorum quasi naturale quoddam pabulum inuenimus considerationem Deorum, rerumq; diuinarum cognitionem, dum naturam Dei perscrutamur; sed etiā erigimur quodammodo, elatiore fieri nobis videmur, supera & coelestia cogitantes, humana, vt exigua & minima & utilia paruifacimus, virisque boni efficimur. Nam contemptis rebus humanis, affectibusque animorum & cupiditatibus conculetis quid reliquum esse potest in nobis improbitatis? aut quis patet his motibus inter rerum diuinarum inuestigationem locus? Neque vero corpora solum naturalia pro Diis culta fuerunt ab antiquis, vel luna, sol, terra, ignis, aqua, venti, qui omnes pro Diis diuinos honores obtinuerunt, vt, & Herodotus in Clio, & Plato in Cratilo testantur, & nos superius demonstrauimus: sed etiam, vt certa moderatione animorum nostrorum motus temperarentur, nihilque crederetur sine Deo auspice & moderatore fieri, singuli prope animorum motus pro Diis quoque diuinis honoribus culti sunt. nam & ara Misericordie fuit apud Athenienses; apud quos illi numihi, quia magna momenta in tota hominum vita, easnumq; varietate habeant, pr̄cipiuus quidam honos habebatur, tum Pudoris, & Famae, & Alacritatis ære, & Bonae Valetudinis erectæ sunt: & Sōmnia, Pertinacia, Cratiz, Praus, Misericordia, Quærela, Amor, Dolus, Motus, Labor, Inuidentia, Fatum, Senectus, Mors, Tenebrae pro Diis habitæ. Necesitatem præterea magnam Dei vocavit

vocauit, Callimachus in hymnis, & Fortuna rebus omnibus dominari credita, & Spem ac Timorem graues Deos ita vocauit Theognis;

Ε' Αντι της επιφυλαξης της περιποιησης λατηνης,

ε' της προς τηλευτης διατηρησης αρχηγης.

Spesq; Timorq; pares mortales inter, & iidem

Intestant animos, numen verunque graue.

Nam cum superiores motus animorum diuinos esse significanterent, & Mensis, Fidei, Pietatis, Virtutis fana fuerint erecta, non ne hoc palam indicarunt. Deos omnia prospicere, & viros bonos quam maxime ad integratorem ac beneficentiam oportere animos suos accommodare? Atqui cum mundum totum Deum esse dicarent, nihil omnino putabant diuina praesentia Deorum certe posse, cum multitudo rerum omnium quae agerentur & dicerentur, & cogitarentur Deos ipsos testes esset habitura: quare nemini scelerato esse impune licuit. Neque ullus fuit ex hac tanta Deorum multitudine, cui mortalium sapientia, probitas, iustitia, integritas, fides, temperantia non esset grata; quare praeclare traditum est a sapientibus duas esse vias animorum e corporibus excedentium. Qui enim se humanis vitiis contaminassent, sequeratos libidinibus addixissent, quibus certi se domellicis torpiditudinibus ac flagitiis inquinassent; vel qui fraudes inexpiabiles in administrandis rebus patris sux concepissent, illis deuium quoddam iter suis seclusum a Deorum concilio tradiderunt, atq; hi nunquam ad Deos ipsos posse peruenire poterant. Qui vero multa quidem, ut expiabilia peccata commisissent, sordibusque humanæ focis fuissent inquinati, illis post certum temporis spatium ad Deorum concilium accedere licebat, vbi omnes illas sordes ablauissent; cum nihil nisi purum & simplex ad Deos peruenire posset. Qui vero se integros castosq; seruassent per totam vitam, quibusq; fuisset quam minima cum corporibus contagio, & qui in his corporibus Deorum viram fuissent pro viribus imitati, his facilem patere redditum ad Deos, unde discerent, tradiderunt antiqui. Quare cum sceleribus ingentia supplicia, virtuti magna premia proponerentur, cumq; omnium negotiorum cogitationumq; suarum Deos testes habere singulos dicerent, qui poterant homines vel nolentes ad probitatem impelli pauidi & ob Deorum praesentiam demissi?

at nunc de Vlyssē iam dicamus.

De Vlysse.

Cap. I.

V Llyss, de quo tam multa, tamq; mirabilia scribuntur a poetis, & ab omnium poetarum principe Homero præcipue, natus est in Boeotia ut sensit Lycophron, ut vero alii in Ithaca parentibus Laerte & Anticlea, de qua ita meminit Hom. lib. 1. odyss.

40

*Ζεύς οὐδὲ μηδέ πατερίσθιον
Αὐτούσιον θυμόν τραβήσας αἰτίαν,
τοῦ δοῦλου κατιδινεῖσθαι Διὸς ἡμίου.*

Atque anima accessit defunctæ matris eodem,
Nata magnanimo Autolyco claræ Anticleæ:
Quam viuam liqui petii cum Pergama sacra.

Hic vbi nauigandum esset ad bellum Troianum cum ceteris Heroibus, se insanum esse simulauit ob eximium amorem, quo vxorem Penelope Icari fieri

Xxx liam,